



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Sextum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Quotiens gemina est locutio, ita ut bina cōplectatur supposita, licet ad prius dare reciproci, aut ad posterius nō reciproci, in qua re tamen animaduersione opus est, atq; authorū inspectione. Verbi gratia recte dicas, ille repetit quod suū ē, & quod ipsius est. Quisq; uult quod sibi, aut quod ei expedit, quia si respicio ad suppositū prioris uerbi, dicam suū & sibi, si ad posterioris ipsius & ei, aut ipsi sic id qd est ipsius, id quod expedit ei, aut ipsi iuuenis nō petit, ut illū miserū puteis, aut ut se miserū puteis, sed dicamus specialius.

Sextum.

Quotiens autē sic ante prepositionē interponit genitiuus, datiuus, aut ablatiuus licet reciproci & non reciproci subdere. Quoties nominatiuus, aut accusatiuus habens uim suppositale uendicat sibi locum reciproci, ut grāmaticorum inter se, aut inter ipsos, grāmaticis inter se aut inter ipsos, a grāmaticis inter se aut inter ipsos, sed grāmatici inter se disputant. Scio grāmaticos inter se dissetere.

Septimum.

Quando yō singula sunt uerba, sed duplex respectus, alter ad suppositum, alter ad obliquū. si pronomen suppositū respicit, erit reciproci. sin obliquū potius non reciproci, reperitur tamen & reciproci. Exemplū prioris, ut tuetur nos deus propter clementiam suam non eius. Exemplū posterioris, ut cepi columbā in nido eius, & etiam suo. cepi lupum in antro suo & eius. Amamus deum propter bonitatem eius.

Octauum.

Si tamē obliquo addatur uerbum aut adiectiuū ad quod fieri reciproci procatio debeat, erit ei locus, ut inueni leonem iratū ob amissam p̄dam suam. uidi hominē ambulante per domū suā, non per domū eius, quia illic gemina est in uirtute oratio. idem enim est iratū & q̄ irascebatur & ambulante ac qui ambulabat, ut ergo non dicā q̄ ambulabat p̄ domū eius nisi de alterius domo loqr̄ q̄ ipsius ambulatis

Nonum.

Quotiens autē interuenit inter obliquos cōiunctio nō est reciproci locus, unde nō dicā cepi Leonē & catulos suos sed & catulos eius.

Decimum.

In construēdo autē si nequit apta fieri resolutio, p̄ponemus etiā obliqui casus antecedēs, ut quēq; sua uoluptas trahit, non sua uoluptas trahit quemq;. nō potest em̄ relatiuū sine antecedēte intelligi, sed hęc regula quātū ad elegantia parui, aut nullius est momenti. Ceterum